

CONSILIA,
SEV MAVIS
RESPONSA
EXCELLENTISSIMI
IVRISCONSULTI

D I N I M V X E L L A N I,
utriusq; censuræ disciplina viri clarissimi.

BENEDICTI A VADIS Adnotationibus illustrata.

Nunc demùm singulari fide & studio castigata .

Adiecta iam primùm summa rerum, & vocum capita:
quorum Index locupletissimus subiectus est.



Venetijs, Apud Altobellum Salicatum.
M D LXXIIII.

BIBLIOPOLA INGENVO LECTORI. S.



TVDIVM nostrum in Rem-
publicam literariam, Inge-
nue Lector, cum non pos-
sit, aut certè debeat esse ti-
bi obscurum, pluribus nimirum antea
argumentis probatum, ecce, nescio
quo modo, ita sumus in hanc partem
adfecti, vt nec laboribus, nec vigilijs,
aut conatibus nobis ipsis satisfaciamus.
Incredibilis ea est & insatiabilis in tuis
promouendis iuuandisque studiis fitis:
quæ præteritorum benefactorum me-
moriam & fructu laudis parum sedata, ad
longè vberrimos & viuos fontes Musarum,
vellis & equis, quod aiunt, con-
tendit, quò vel minimam gratiam à te
referat, cum recentiorum & probatissi-
morum Authorum tum etiam vetustis-
simorum editione: Itaque tibi iam da-
mus Dini Muxellani, viri vtriusque
Censuræ disciplina celeberrimi Consi-
lia seu Iuris Responfa, illa quidem, non
A 2 mutila,

³
DINI MVXELLANI,

LVCVLENTISSIMA,

ET DOCTISSIMA

CONSILIA,

*Benedicti à Vadis Adnotationibus
ornata.*

CONSILIVM PRIMVM.

SVMMARIVM.

- 1 Velle, est eius, cuius nolle.
- 2 Litigantium alteri quod licet, iidem & alteri.
- 3 Inonus alicuius inductum, non debet in eius fauorem conuerti, nec econtrà. & nu. 7.
- 4 Contrahentium unus, obligari potest ex pacto iuxta contractum adposito: etiamsi alter ex eo de pacto non adstringatur.
- 5 Verborum propriæ significationi standum est, in re dubia, ubi de mente alter non constat.
- 6 Contrariorum natura est, ut ad unius positionem, sequatur alterius remotio.
- 8 Titulus pro dote, aptus est ad transferrendum dominium.
- 9 Vsiuapiendi condictio, ex quacunque causa, facta traditione à nō domino transfertur eadem traditione facta à domino, transfertur dominium. & mane. 10.
- 11 Venditionem facit æstimatio rei traditæ in dotem. & nu. 12.
- 13 Traditionem fieri à domino, vel à procuratore efficiens mandatum habente, paria sunt.
- 14 Potestas semel concessa ingrediendi possessionem, an possit reuocari postmodum.
- 15 Pignoris vinculum, regulariter in re propria non consistit.